

B 3. 1512 Juni 12. P. Eberbach an V^o Tausletter III, 139 N. 5.
15.

Hermann Miles¹⁾ an Vadian.

St. Gallen. 1512. Juli 11.

Freude über den Brief Vadians, Dank für zugesandte Schriften und Ermunterung zur Abfassung neuer, insbesondere über st. gallische Klostersgeschichte. Empfehlung des Überbringers Christian Fridbolt und eines in Wien studirenden Bischofzellers, Rudolf Jung.

Sese ad beneplacita deditissimum exhibet. Literis tuæ^{a)} humanitatis, quas plurimum et nunc quidem repetitis vicibus accepi (quibus hactenus

laus novit. Quod si opus sit pecunia, nomine meo veneat, quanti valeat, una e togis aut cythara. Si autem Leo(n)ardus bibliopola forte detineat propter illud Corpus Iuris Civilis, quod tu ab eo me accepisse non es nescius, agas, obsecro, sponsorem usque ad nundinas Francofordienses proximas; ibi ego te nedum sponsione solvam, sed et munusculis donabo corollarii nomine, quæ isthic non habentur. Deiero tibi per Iovem et lapidem, Herculem et canem, Iunonem et genium: si quando tibi aut tuis in hac regione opus sit, sponsorem agam aut alios subordinabo pro 100 aut 200 aureis. Ne forte credas me imponere velle. Immo^{c)} si cognovero, adhuc istic quiescere hanc Codri supellectilem^{d)} neque vel tua vel aliorum amicorum opera mihi legari posse, cogar proprios nuntios eo isthic mittere, quamvis maximis impensis. Tamen ut eos mihi libros servem, nullis sumptibus parcam. Tu tamen hac una re maxime demereri posses Aperbacchum. Alterum est: ut, si quid novi a librariis vestris editum sit, inseras; modo studia nostra deceat. Tertium: commendatum habeas hunc meum contreraneum et conbibonem Nicolaum. Bibit libenter, græcatur^{b)}, scortatur, omnia discrimine nullo. Quare velim, ut perducto scorto quopiam non scorteo nec bliteo coleos exoneret. In tali homine literarum nihil desiderare^{e)} debemus. Sunt enim frequenter hoc ævi canonici boni presbyteri, id est gute bretspiler.

Celerrime remeabit. Quare nisi per eum ad Mutianum, Spalatinum, Crotum, Petreium tuum scripseris^{f)}, devovebimus te et diras imprecabimur. Si velis, quid agam: valeo bene, si valere est, quasi in Diogenis dolio sine literis et literatis dormire; non enim patet itus in Italiam, nec securus admodum est exitus ex Erfurdio. Nuper gratulatu(s) sum tibi professionem poeticam publicam, qua te donatum ait magister Hieronymus. Audi iterum: Debeo Leonardo bibliopolæ^{b)} 6 solidos d. pro Polyanthea, quam misi Hieronymo, dum esset ludi magister literarii apud Brunnam. Is autem nunc rediens dicit, se eos 6 solidos misisse Viennam post meam abitionem. Scripsi^{g)} enim, ut aut tibi aut Mario mitteret. Si accepisti, solvas Leonardo Polyantheam et e rationario dispungi videas nomen meum; si non accepisti, scribe. Ne me tamen totum otiosum esse existimes, brevi futurus ero bacillarius iuris utriusque, ut vocant. Id non faciunt magistri apud vos? Rescribe. Transige, oro, gnaviter negotia nostra et totam epistolam lege Collimitio. Vos me perpetuum habebitis nedum amicum, sed et famulum. Scribe, quid

ambiges. Vale et me, ut soles, ama. Nec mireris, me, qui poetarum^{x)} vestigia nunquam calcavi, eorum tibizando stilo usum, quod tui amore victus indecenter attemptavi. Da veniam, oro, et iterum atque iterum vale. Raptim ex divi oppido^{y)} Galli, anno 12, die 11 mensis Iulii.

Tuus *Hermannus Miles*, divi Magni rector etc.

Joachimo Vadiano, philosopho et poetæ Viennensi doctissimo,
sibi colendissimo.

a) Durchwegs „e“ für „æ“. — b) „dilector“. — c) „presencia“. — d) „aput“. — e) „benevolencias“. — f) „pocius“. — g) „solacium“. — h) „amicicia“. — i) „presenti“. — k) „viciorum“. — l) „diligencia“. — m) „prepcionibusque“. — n) „accepcius“. — o) „prespiteri“. — p) „dyaconi“. — q) „heremi“. — r) „sumopere“. — s) „ymo“. — t) „presencium“. — u) „enucleaciusque“. — v) „aput“. — w) „benevolencie“. — x) „poetatum“. — y) „opido“.

1) *Hermann Miles*, aus Lichtensteig gebürtig, war Pfarrer zu St. Mangen in St. Gallen vom Jahr 1485 bis zu seinem Tode und hatte Vadian in seiner Jugend zu historischen Studien angeleitet. Er hinterliess Annalen, Jahrbücher seiner Zeit, und starb am 3. Januar 1533. Von ihm sind in unserer Sammlung zwei Briefe. Vrgl. Joachim von Watt als Geschichtschreiber. Neujahrsblatt des historischen Vereins für 1873, pag. 5, und: Mitteilungen zur vaterländischen Geschichte, Bd. XIV, p. 107.